SAN GEMINI HISTORIC ARCHIVES PROJECT
Realizzato e sponsorizzato dal
San Gemini Preservation Studies
e Associazione Valorizzazione Patrimonio Storico San Gemini Onlus
www.sangeministudies.org

ARCHIVIO STORICO COMUNE DI SAN GEMINI
Progetto di Digitalizzazione
Tutti i documenti originali e copie digitali fanno parte
dell' Archivio Storico Comune di San Gemini

Archivio Storico
Comune di San Gemini - TR

C
62/20

D.18

Joseph Renatus

S. Georgii in Velabro S. R. E. Diaconus Cardlis Imperialis &c: Omnibus Xpi Fidelibus Presentes hasce nostras inspecturis Salutem in Dño Sempiternam. Universis, et singulis DD. Gubernatoribus Vicelegatis Potestatibus Auditoribus, et Locumtenentibus Vicariis Commissariis, Baronalibusque quorumcumque Executoribus, aut Executoribus Generalis Justitiæ Ministris, aliisque ut infra Fidelibus Nostris quibuscumque ubilibet constitutis, et constituendis, ad quorum notitiam præsentes nostræ pervenerint, et pervenire poterint quomodolibet in futurum, Salutem. Noveritis quod intendentes ea, quæ Reverendæ Cameræ Apostolicæ, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Jura, et Bona concernunt, ea omni cura, et diligentia, quibus possumus, manutenere, et conservare, Nobis Commissum Rectore Terræ S. Gemini proxime exacto, ex Relatione D. Ecclesiam Fiscalem, quæ Regulæ D. Terræ ejusdem S. Gemini nuncupatur, ejusque Bona, et Jura, de, ejusque manutentione in possessione Exigendi a DD. Ecclesiæ predictæ Rectoribus, et Possessoribus pro Temporibus existentibus Decimas, et Census, ac alia quæ Ecclesiæ hujusmodi de Jure, et Consuetudine, ratione Bonorum, et Jurium, quæ possident, et quasi possident, ac Colonis, et Massariis, quibus ea Bona ad Laborandum, et Fructificandum concessa fuerunt, et pro tempore concedentur, Annuatim solvere, et exhibere tenentur, et debent, Cum Nos primo D. Ecclesiæ in Castris, videndo hic in Curia Nostra Audientiæ Contradictarum Nostrum Tribunal, et Sacrum Palatium Apostolicum de Manutenendo, et Conservando Jura, et Bona Ecclesiarum, et Locorum Nostræ Romanæ Ecclesiæ, et Cameræ Apostolicæ, et Nostræ Jurisdictioni immediate subjectorum, et Subjecta, et Nos tandem Nos diligenter Rerum de Manutenendo Jura Cameræ, et Ecclesiæ Fiscalis Terræ S. Gemini, et